



**Commentarivs Pavli Bernriedensis, Antiqvi Scriptoris, De  
Vita Gregorii VII. Pontif. Max.**

**Paulus <Bernriedensis>**

**Ingolstadii, 1610**

XI. De VWilhelmo, & Theokario venerandis Abbatibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65381](#)

tem, sed longè ab illa virginali, quam præsignauimus, sorore ipsius claritate differentem. Nam & pauxillum nebulæ videbatur habitaculum eius aspergere ad designationē videlicet transactæ conuersationis mundanę.

XI. Habebat tunc temporis *Herluca* probatissimos

a De quo multa Trithemius in Chron. Hirsaugiens. Et supra in Notis ad Etatā Greg. VII.

b Trith. Diet. gerus.

c fort. compitiis.

d pro alitoribus capienda vox.

sacri propositi monitores, beatum scilicet <sup>a</sup> Wilhelmū Hirsaugiensis monasterij Abbatem, patrem, eiusq[ue] discipulum <sup>b</sup> Theocarium, quem post Abbatiam S. Georgij, Metensem Episcopatum sanctitate, & doctrina illustrasse cognouimus, ipsumq[ue] post obitum Clunia-

ci sepultum miraculis claruisse comperimus. Adhuc enim in eorū <sup>c</sup> conpetis vltra Danubium cōmorabatur.

XII. At postquam nobiles <sup>d</sup> alumnos suos Rutber-

tum, & Hadiuuigam fortè comitata deuenit in ripā Ly-  
ci fluminis ad locum magnæ antiquitatis, qui vocatur  
Eptaticus, tantam suavitatem protinus degustauit in  
patrociniis beatissimi Leuitæ Laurentij, cuius inibi Ec-  
clesia est, & sancti Wicterpi Augustensis quondam Epi-  
scopi, cuius ibidē corpus in Oratorio sanctæ D E I G E-  
N I T R I C I S M A R I Æ sub altari locatum quiescit,  
vt prædictis alitoribus suis ad propria reuertentibus,  
nullatenus cum eis redire consenserit. Irascebatur qui-  
dem carnales patroni, nec residuè quidquam dispo-  
nabatur alimenti: sed spiritualis consolator Wicterpus  
appatens ei blandiebatur dicens: *Mane hic mecum, filia,*  
*& ego, quidquid te offenderit, remouebo.*

XIII. Præfatus quoque VVilhelmus Abbas consiliū ei dederat, vt in quocunq[ue] loco diuinam magis experi-  
retur dulcedinem, in eo quām maximè longam faceret  
conuersandi stabilitatem. Tales ergò duces secura con-  
tinuauit habitationem suam Eptatichi plus minus tri-  
ginta sex annos.

XIV. So-